

<QUAESTIO 5>

<UTRUM RATIO DE CONCEPTU DUBIO ET CERTO CONCLUDAT CONCEPTUM ENTIS ESSE
ALIUM A CONCEPTU CUIUSLIBET ENTIS SPECIALIS>

Ad quintum sic proceditur:

Et videtur quod illa ratio de conceptu dubio et certo non concludat conceptum
entis esse alium a conceptu cuiuslibet entis specialis, quia aliquis potest esse certus
de definito | et dubitare de definitione, et tamen conceptus definiti non est alius a
conceptu definitionis, ut videtur.

N 117^{vb}

Praeterea, cum dicitur ‘omnis canis currit’, certus sum quod ‘canis’ distribuit pro
suis significatis, et tamen ignoro vel dubito an iste canis, puta caeleste sidus, currat;
ergo ‘canis’ dicit alium conceptum a ‘latrabili’, ‘belua marina’ et ‘caelesti sidere’,
quod est falsum.

Praeterea, videns aliquem venientem a longe possum esse certus quod est Petrus,
et tamen, cum multi vocentur hoc nomine, possum dubitare quis Petrus; ergo ‘Pe-
trus’ dicit alium conceptum a ‘Petris’, quod est falsum. Probatio antecedentis: ponat-
ur quod sint tres Petri similes in incessu, tunc poterit accidere quod dictum est.

Praeterea, ratio multipliciter solubilis non de necessitate concludit; sed haec ratio

P₂NOSVW

4-5 Ad – illa] utrum P₂ 5 Et om. O V | dubio – certo] certo et dubio P₂ O | non] necessario P₂
concludat] concludit O 6 specialis] et arguitur quod non add. P₂ | quia om. V 7 et dubitare]
dubitare autem V | dubitare] dubius S | conceptus – est] non sequitur quod conceptus defini-
tionis sit P₂ 8 definitionis] definiti P₂ | videtur] igitur consimiliter in proposito quamvis
aliquis sit certus de conceptu entis et dubius de conceptu speciali non sequitur quod conceptus
entis sit alius a conceptu speciali add. P₂ 9 currit – sum] certum est N | distribuit] distribuitur
P₂ O 10 suis significatis inv. P₂ | ignoro vel om. P₂ NO S | puta] scilicet P₂ NO S | caeleste
sidus inv. NO S | currat] currit P₂ O et ita de aliis add. P₂ 11 canis om. P₂ | dicit] habet O
latrabili – sidere] caelesti sidere animali latrabili marinae beluae P₂ | belua – et] vel marino vel
V 11-13 belua – certus om. W 11 et om. O | sidere] sedere S 12 est falsum inv. P₂ 13 ali-
quem venientem inv. V | venientem – longe] a remotis venientem P₂ | possum] posset N potest
V | est Petrus inv. V | Petrus] Iohannes P₂ 14 et – cum] cum hoc quod O | tamen om. V
vocentur] voceretur S vocantur V | nomine] Iohannes add. P₂ tamen add. O | possum] potest V
Petrus¹] Iohannes P₂ 14-15 Petrus¹ – Petrus²] sit Iohannes igitur Iohannes P₂ 15 Petris]
Iohannibus P₂ | est falsum inv. P₂ W 16 sint] fuit O | Petri] Iohannes P₂ | incessu tunc] e-
xcessu V | poterit] potest P₂ O 17 multipliciter] quae videtur O V | non] videtur add. O
concludit] concludere O 17-18 sed – concludit iter. sed del. S 17 haec om. O

9-16 Aufredus Gonteri haec argumenta etiam recitat et impugnat; cf. IDEM, *Ordinatio* I d. 3 q.
2 a. 2 (Città del Vaticano, BAV, Cod. Vat. lat. 1113, f. 55^{ra}).

est huiusmodi; ergo non de necessitate concludit. Minor probatur, quia a multis doctoribus multipliciter solvitur.

20 Sed contra: haec ratio innitur primo principio, ut dicitur, ergo de necessitate concludit.

<AD QUAESTIONEM>

Respondeo: in illa quaestione primo ostendetur propositum aliquas propositiones declarando, secundo aliquas responsiones reprobando, tertio ipsam rationem in
25 propria forma formando et confirmando.

<ARTICULUS I>

Quantum ad primum, declarabo | sex propositiones per ordinem.

S 15^r

<Propositio 1>

30 Prima propositio est ista: impossibile est eundem conceptum eidem intellectui simul esse dubium et certum.

Hanc ostendo sic: impossibile est de eodem penitus simul contradictoria affirmare vel negare; sed dubium et certum aequipollent contradictoriis, aequipollent enim his dubium et non-dubium, certum et non-certum; ergo impossibile est affirmare vel negare certum et dubium de eodem penitus conceptu.

P₂NOSVW

18 non – concludit] etc. V 20 dicitur] alia littera: ostendetur *mg.* S 20-21 de – concludit] concludit de necessitate V 23 primo ostendetur *inv.* V 23-24 primo – declarando] praemittentur quaedam necessaria P₂ 23-24 aliquas – declarando] declarando aliquas propositiones V 24 aliquas – reprobando] deducuntur quaedam probabilia P₂ | responsiones] rationes NO rationes *sed mg. corr.* S | responsiones reprobando] propositiones improbando V 24-25 ipsam – confirmando] dissolventur quaedam dubia P₂ 25 propria] propriam O | forma *om.* O 27 declarabo] declaro S | sex] septem P₂ quinque N 29 est ista] declaranda est haec O | conceptum] et *add.* V | eidem *om.* S | intellectui] intellectu W 31 de – simul] penitus simul de eodem V | penitus simul *inv.* P₂ NO | simul *om.* S | contradictoria] *post* negare P₂ contradictio V 31-32 affirmare *in* affirmari *al. man. mut.* W 31-32 affirmare – negare] alia littera: affirmare et negare *mg.* S 32 negare *in* negari *al. man. mut.* W | dubium – certum] certum et dubium N | aequipollent contradictoriis] sunt aequipollentia contradictionis V 33 his *om.* N 33-34 ergo – conceptu *om.* N 33 impossibile est *inv.* P₂ | est] simul *add.* S 33-34 affirmare – negare] negare vel affirmare P₂ alia littera: affirmare et negare S 33-34 affirmare – conceptu] penitus de eodem conceptu affirmare et negare simul certum et dubium V 34 dubium] simul *add.* O

20 Cf. infra a. 1 (lin. 39-40); a. 3 (lin. 447-451).

P₂ 112^{ra} Respondet Gerardus Carmelita I *Quolibet* quaestione 1, et dicit quod ista | propositio hic intenta, scilicet ‘impossibile est eundem conceptum eidem intellectui’ etc., est multiplex, nam sicut nomen entis est multiplex, ita et conceptus entis. Unde dicit quod ista propositio vera tantum est de conceptu univoco, non de analogo. 35

Contra: quia adhuc videtur stare ratio probans ipsam, quia innititur primo principio. 40

Dices quod ratio non concludit nisi ubi est vera contradictio, vera autem contradictio non est in analogis sed tantum in univocis.

Contra: conceptus analogus vel accipitur pro omnibus analogatis simul et actualiter vel secundum rationem analogorum accipitur tantum pro illo de quo prius dicitur et principalis. Si detur primum, contra: impossibile est tot conceptus determinatos, puta sint quinque, simul affirmari et negari de eodem; sed conceptus analogus isto modo acceptus dicit tot conceptus determinatos; ergo impossibile est conceptum analogum illo modo sumptum de eodem simul affirmari et negari. Si detur secundum, tunc arguo sic: accipio istum conceptum determinatum, et tunc per rationem praedictam impossibile est illum eidem intellectui simul esse dubium et certum. Tenet ergo ratio. 50

O 5^{ra} Praeterea, ista responsio nihil facit | ad propositum. | Accipio enim in ratione conceptum secundum se non determinate pro conceptu univoco vel analogo, et stat W 5^{vb}

P₂NOSVW

35 Gerardus] Geraldus N Giraldby O Gerallus V | quaestione 1 *inv.* V | et *om.* N | et dicit *om.* P₂ 35-36 et – propositio *mg.* V 36 hic intenta *om.* N | scilicet *om.* P₂ O | scilicet impossibile *iter. sed corr.* V | etc.] *om.* P₂ 36-37 etc. est] et etiam est *sed del.* W 37 est¹ *al. man. exp.* W sicut] sic hoc S hoc *add.* V | entis¹] canis N S V | et *om.* P₂ NO *sup. lin.* S 38 propositio *om.* O | vera – est] est vera tantum P₂ S tantum est vera O | tantum *om.* V | univoco] et *add.* N V de²] conceptu *add.* P₂ 39 quia¹ *om.* P₂ | stare ratio *inv.* V | quia²] quod P₂ 41 Dices] dicens O 41-42 vera² – contradictio² *om.* (*hom.*) *sed mg. al. man. suppl.* W 42 tantum *om.* NO 43 omnibus] vel regula *mg. add.* S | analogatis] analogis N V 44 vel] et O | rationem *scr. sed al. man. del. et regulam mg. add.* W | accipitur *om.* P₂ | de] pro O pro *sed mg. corr.* W | quo] per *mg. add.* S per *add.* W 44-45 dicitur – principalis] et principalis dicitur P₂ 46 sint] *om.* N simul O | sint quinque] tres(*mg.*) sint id est S | quinque] duos N | et] vel P₂ 46-47 isto modo] sic P₂ 47 acceptus *om.* O | tot *om.* N 48 et] vel W 49 tunc² *om.* P₂ NO 50 illum] istum conceptum determinatum P₂ conceptum *add.* S conceptum praedictum *add.* V | dubium – certum] certum et dubium P₂ 51 Tenet *om.* S 52 ista *om.* S | responsio] ratio P₂ V ratio et alia littera responsio *mg.* S | ratione] propositione V 53 pro conceptu *om.* O | et] tunc *add.* S tunc V

35-38 Cf. GERARDUS DE BONONIA, *Quodlibet* I q. 1 a. 3 (ed. BROWN³, p. 167): “Ad primum de ente dicendum quod maior est multiplex: conceptus enim multipliciter dicitur sicut et ens. Non est autem vera de conceptu analogo sed de univoco tantum.”

ratio, quia talis conceptus, quicumque sit, vel est dubius vel non-dubius, certus vel non-certus.

<Propositio 2>

Secunda propositio est ista: conceptus entis nulli intellectui potest esse dubius.

Haec apparet ex prima quaestione, quia alias conceptus entis non esset per se notus, cuius oppositum ostensum fuit ibi.

60 Praeterea, Algazel I tractatu *Metaphysicae* capitulo 2 divisione 1 dicit sic: “intellectus apprehendit esse secundum modum imaginationis sine dubio, nec eget ad apprehendendum descriptione sive definitione.”

Dices contra: aliquis potest dubitare an conceptus entis sit univocus vel aequivocus, proprius, quidditativus vel non et huiusmodi, ergo conceptus entis potest esse dubius alicui intellectui. Consequentia apparet, sed antecedens probatur, quia etiam
65 inter doctos est altercatio super his quanto magis inter indoctos.

Respondeo quod consequentia | non valet, quia dubitare de huiusmodi non est dubitare de ipso conceptu | entis in se sed de quibusdam sibi attributis.

S 15^v
V 9^r

P₂NOSVW

54 conceptus] *om.* P₂ entis nulli intellectui potest esse dubius et certus *add.* V | non-dubius] vel *add.* V 57 dubius] et *add.* V 58 apparet] patet P₂ V | prima quaestione] tertia conclusione primii dubii P₂ | alias] *om.* P₂ aliter NO | entis *om.* S | non esset *iter. sed corr.* V 58-59 non – notus] de se est notissimus P₂ 59 ostensum] dictum V | ostensum fuit] probatum est P₂ *om.* O | ibi] similiter non dubitur de illo quod nullo modo notificari potest sed conceptus entis nullo modo notificari potest ut ibidem probatum est igitur etc. *add.* P₂ 60 Praeterea Algazel] quaestione prima Algazelis O | I *iter.* P₂ | tractatu] suae *add.* V 61 imaginationis] imaginis O | nec] non N neque S W 61-62 ad apprehendendum *om.* P₂ 62 apprehendendum] probandum W | descriptione – definitione] definitionem vel descriptionem V | sive] vel P₂ seu S 63 Dices] diceres N dicis O ergo *add.* V | dubitare] de conceptu entis *add.* P₂ 63-64 aequivocus] vel non *mg. al. man. add.* W 64 proprius] vel analogus P₂ vel V | quidditativus] quidditativum P₂ | quidditativus vel *inv.* S | non – huiusmodi] huius vel non huius S V 65 Consequentia apparet] consequens apparens est V | etiam *om.* O V 65-66 etiam – his] altercatio inter doctores et inter doctos P₂ 66 doctos] doctores S V | indoctos] non doctos O 67 valet] videlicet *add.* P₂ | quia] hoc non est *mg. al. man. add.* W 67-68 de – dubitare *om.* (*hom.*) W 67 huiusmodi] his P₂ 68 ipso *om.* P₂ NO S | entis *om.* V | quibusdam] quibus sunt *sed del. et* conceptibus *add.* V quae *mg. al. man. add.* W | attributis] attribuendum P₂ accidentibus O attributabilibus V attribui p-(*ossunt al. man.*) W

58-59 Cf. supra q. 1 a. 2 (lin. 94-116). 60-62 ALGAZEL, *Metaphysica* tr. I c. 2 (ed. MUCKLE, p. 5).

<Propositio 3>

Tertia propositio est ista: conceptus substantiae determinate et conceptus accidentis determinate potest esse dubius alicui intellectui. 70

P₂ 112th Haec apparet in multiplici | exemplo. Unum est de potentiis animae, de quibus secundum diversas opiniones dubium est an sint substantiae an sint accidentia.

N 118th Aliud exemplum est de luce, de qua | est dubium an sit substantia vel accidens secundum varias opiniones. 75

Aliud exemplum est de actionibus angelicis, puta intelligere et velle, de quibus est dubium apud philosophos an sint substantiae vel accidentia.

Aliud exemplum est de unitatibus rerum non continuarum, de quibus dubium est an pertineant ad praedicamentum substantiae an ad praedicamentum accidentis; est enim dubium an possint esse principium numeri, qui est discreta quantitas, an non. 80

Aliud exemplum est de quadam aqua exposita radiis solis in aliquo vase, puta in pelvi, qua transmutata, potest esse dubium de illa mutatione an sit alteratio, et sic pertineat ad praedicamentum accidentis, puta si sit de isto loco ad alium translata, an

P₂NOSVW

70 determinate *om.* V 71 determinate] determinati NO | potest] possunt O | esse] primo *add.* S | dubius] dubii O | intellectui] et *add.* V 72 in *om.* V | multiplici exemplo] multiplicis exemplis P₂ | est] enim V 73 substantiae] substantia P₂ N S W | an²] aut N | sint² *om.* P₂ NO accidentia] accidens P₂ 74 sit] sint N | vel] an P₂ O 75 varias] diversas P₂ NO S 76 exemplum] dubium V | exemplum est *inv.* O | et *om.* O S 77 est] fuit V | apud philosophos *om.* P₂ sint] fuit O | substantiae] substantia P₂ N S W | vel] an sint W | accidentia] accidens *et* quibusdam dicentibus quod sic quibusdam quod non *add.* P₂ quibusdam dubitatio (et aliis videtur *mg.* *add.*) quod sic quibusdam quod non *add.* S quibusdam dicentibus quod sic quidam autem quod non *add.* V 78 exemplum] *om.* P₂ dubium V | exemplum est *inv.* O | continuarum] contentarum V *scr. sed del. et* quantitavarum *mg. al. man.* W | dubium est *inv.* O V 79 an pertineant *iter. sed corr.* S | pertineant] pertinent P₂ | ad¹ – accidentis] alia littera: ad praedicamentum substantiae an quantitatis vel accidentis *mg.* S | an²] vel N V | accidentis] accidens S 80 enim *om.* V | possint] possunt O | discreta quantitas *inv.* O | an²] vel O 81 exemplum est *inv.* O | est *om.* N V | quadam] qua P₂ *om.* V | quadam aqua *inv.* NO S | exposita] quae dum est posita V 82 qua] quae V | transmutata] transmutatur *sed al. man. corr.* W | dubium *om.* O mutatione] transmutatio P₂ in transmutatione *sup. lin. mut.* S | sit – et *om.* P₂ | alteratio] scripsi alteratio N alterata O ubertatione(?) V ubeata W 82-85 alteratio – consumpta] uberta et sic pertineat ad praedicamentum accidens puta si sit de illo loco ad alium translatum talis mutatio sit corruptio et sic pertinet ad praedicamentum substantiae puta si sit a calore solis corrupta et consumptae *scr. sed del. per va-cat et* ubialis sic quod sit transmutatio de loco ad locum et sic pertineat ad praedicamentum accidentis an talis transmutatio sit corruptio et sic pertineat ad praedicamentum substantiae puta si sit a calore solis corrupta et consumpta *mg.* S 82 et sic] si V | sic] si *add.* P₂ 83 pertineat] pertineant V | ad¹] esse dubium de illa mutatione *add. sed del.* V | de isto] ab illo O | isto] uno P₂ | alium] illum V locum *add.* W translata] transmutata P₂

85 talis mutatio sit corruptio, et sic pertineat ad praedicamentum substantiae, puta si sit a calore solis corrupta et consumpta.

Aliud exemplum est de respectibus vestigialibus; quidam enim dicunt quod sunt accidentia, quidam quod non.

Aliud exemplum est de esse et essentia, quibusdam dicentibus quod esse accidit essentiae, quibusdam quod non.

90

<Propositio 4>

Quarta propositio est ista: conceptus proprius Dei et conceptus proprius creaturae potest esse dubius alicui intellectui.

95 Haec apparet per exemplum de primis philosophis de primo naturali principio rerum diversimode opinantibus, nam quidam ponebant illud esse ignem, quidam aerem, quidam aquam, quidam amicitiam etc., ut apparet ex I *Physicorum* et I *Metaphysicae* et I *De generatione*. De illo autem principio non erant certi an esset aliquid increatum, quia de falso non potest aliquis esse certus, nec quod esset aliquid creatum, quia oppositum ponebant, ergo erant dubii de conceptu proprio Dei et creaturae.

100 Confirmatur, quia videns illos de huiusmodi disputare et dubitare potest similiter dubitare.

P₂NOSVW

84 mutatio] transmutatio P₂ | sic pertineat] si pertineat V 85 calore solis] solis calore V | et] vel V | et consumpta] et sic pertineat ad praedicamentum substantia P₂ | consumpta] consummata O 86-87 Aliud – non om. (hom.) O V 87 accidentia] accidens N 88 exemplum] dubium V | exemplum est om. O 89 essentiae] substantiae O | quod om. O 91 ista] quod add. S quam add. V 92 potest] possunt O | dubius] dubii O | alicui intellectui inv. N 93 apparet] hoc add. N patet V | exemplum] exempla P₂ | de¹] de primo principio rerum mg. adnot. S | primo – principio] principio primo V | naturali om. P₂ 94 diversimode] diversive S | nam om. W | nam – ponebant] quidam enim ponentes V | illud om. P₂ | quidam²] illi N 95 quidam² om. O | etc. om. NO | apparet] patet N | ex om. N S | et om. O | I²] 7 P₂ 96 et om. O | autem] primo add. V | esset] essent W | aliquid] aliquod P₂ V 97 increatum] creatum et quia oppositum ponebant ergo erant dubii de conceptu proprio add. (homoeceph.) sed exp. V | increatum – aliquid om. (hom.) N | falso] fine V | aliquis – certus] esse aliquis certus V esse certus aliquis W | aliquid] aliquod P₂ V 97-98 creatum] increatum V 98 erant dubii] erat dubium V dubii] dubi P₂ | proprio om. O | Dei] Deo P₂ 100 disputare] dubitatione O | dubitare] disputatione O | similiter] aliter O

93-101 Cf. IOANNES DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 3 p. 1 q. 1-2 (ed. Vat. III, p. 18-19 n. 29). 95-96 Cf. ARISTOTELES, *Physica* I c. 2 (AL VII 1.2, p. 8-13; 184b15-186a4); IDEM, *Metaphysica* I c. 3 (AL XXV 3.2, p. 18-21; 983b7-984b23); IDEM, *De generatione* I c. 1 (AL IX 1, p. 5-9; 314a1-315a25).

W 6^{ra} Respondet | Cowton accipiendo unam de illis opinionibus, puta Empedoclis, qui
 S 16^f posuit amicitiam principium. Dicit quod Empedocles | fuit certus de hoc ente quod
 est amicitia, et sic habuit conceptum determinatum illius quod ponebat principium;
 sed in applicando conceptum amicitiae huic enti vel illi ignorabat, ita quod secun- 105
 dum eum non est dicendum quod ille philosophus erat certus illud principium esse
 P₂ 112^{va} ens | dubitando quod ens, immo fuit certus quod ens, puta amicitia, sed tantum in
 O 5th applicando ignorabat. |

Sed ista responsio non valet, quinimmo confirmat propositum. Detur enim sibi
 quod Empedocles habuit conceptum determinatum amicitiae, tamen non fuit certus 110
 per te de illo cui attribuebat et applicabat amicitiam. Nec etiam per te fuit certus
 quod illa amicitia esset quid creatum vel increatum, ut probat ratio praedicta, quia de
 falso nullus potest esse certus, nec de eo cuius oppositum affirmat. Stat ergo propo-
 situm quod conceptus proprius Dei et creaturae erat illi philosopho dubius.

Praeterea, confirmatur propositum per exemplum. Esto quod video aliquem ef- 115
 fectum insolitum, puta quod in nive vel in aqua paleae incenduntur, hoc posito,

P₂NOSVW

102 Respondet] respondetur N respondent *sed corr.* O respondent V | Cowton] *om.* N in *add.*
 O quidam S quidam et V 9^g *sed del. et quidam doctor mg. al. man. add.* W | accipiendo] et
praem. W | opinionibus] opinio *add.* P₂ **103** posuit] ponunt O | posuit amicitiam *inv.* N
 Dicit] ut P₂ **103-104** Dicit – habuit] alia littera: dixit ipsum fuisse certum de hoc ente quod
 est amicitia et sic habuit etc. *mg.* S **103** Empedocles] ipse V **105** in *om.* P₂ | huic] habuit S
 illi] huic O | ignorabat] ignorabatur V **105-106** secundum eum *om.* V **106** non *exp.* V
 dicendum] secundum illum *add.* V | ille] iste O *in iste al. man. mut.* V | erat] esset P₂ fuit O
 illud] est *sed del.* W **107** quod¹] quocumque N | immo] ideo V | tantum] tamen S V **107-
 108** in – ignorabat] ignorabat in applicando V **108** ignorabat] ignorabant O **109** quinimmo
 confirmat] immo confirmatur V | Detur – sibi] respondetur enim sic O **110** determinatum]
 respectu *add.* O | amicitiae] *sed add.* V | tamen non *inv.* O **111** per¹ – certus *om. (hom.) sed*
 de illo cui attribuebat amicitiam nec etiam per te fuit certus *mg. suppl.* S | cui] an P₂ sibi N
 certus *om.* O **112** esset] fuit O | quid] aliquod ens V | probat] patet N **113** nullus] potest esse
 certus ut de eo cuius oppositum tam per te de illo cui attribuebat et applicabat amicitiam nec
 etiam per te fuit certus quod illa amicitia esset quid creatum vel increatum ut probat ratio
 praedicta quia de falso nullus *add. (homoeoceph.) sed del.* S | nec] neque W | affirmat] affir-
 matur V **113-114** propositum] prima propositio V **114** proprius *om.* O | et] conceptus prop-
 rius *add.* V | erat] esset P₂ **115** propositum – exemplum] per exemplum propositum O | Esto
 quod] ex quo enim *sed del.* S ego V | quod *sup. lin. al. man.* W | video] videam P₂ **116** puta
om. O V | quod *om.* N | nive – paleae] nivis sive aquae O | in² *om.* N *sup. lin.* W | in² – incen-
 duntur] aqua palte incenduntur *sed exp. et in aqua accendi ignem mg.* S | incenduntur] accen-
 dantur P₂ accenduntur V nec video a quo *add.* S W

102-108 ROBERTUS COWTON, *In Sent.* prol. q. 4 ad arg. 7 Scoti (ed. BROWN², p. 35-36).

certus sum quod ista actio est ab aliquo principio, nihil enim principiatur se ipsum, ex I *De Trinitate* capitulo 1; sed possum dubitare a quo principio, an creato vel increato; ergo conceptus determinatus principii increati vel creati potest esse dubius alicui intellectui.

Praeterea, sancti patres, quibus fiebat aliqua apparitio, certi erant quod aliqua persona eis loquebatur, dubitare tamen poterant an persona creata vel increata, puta de Paulo, cui dictum est “Saule, Saule, quid me persequeris?” Dubius enim fuit quae persona loqueretur, unde quaesivit “quis es, Domine,” certus tamen erat quod aliqua persona sibi loquebatur; ergo idem quod prius.

<Propositio 5>

Quinta propositio est ista: omnis conceptus disiunctivus praesupponit necessario conceptum determinatum. Voco autem conceptum ‘disiunctivum’ cum dicitur ‘hoc vel illud’.

Hanc propositionem ostendo sic: omnis conceptus disiunctivus vel est circa aliquid vel circa nihil. Non est dicendum quod circa nihil, ergo est circa aliquid, et sic habetur propositum, quod scilicet praesupponit aliquem conceptum determinatum.

Praeterea, omnis propositio hypothetica disiunctiva praedicati praesupponit certum subiectum et omnis disiunctiva subiecti praesupponit | certum praedicatum; sed omnis disiunctiva vel est disiunctiva subiecti vel praedicati; ergo omnis conceptus |

N 118^b
V 9^v

P₂NOSVW

117 certus sum] stat bene O | sum] es P₂ | est] sit O *post* principio V | principiatur] privat N principiatur – ipsum] se ipsum causat O | ipsum] ut patet *add.* S 118 I – 1] isto 3 capitulo O De *om.* S V W | capitulo 1 *del. al. man.* W | possum dubitare] petes P₂ | an] a *add.* O | vel] an N 119 increati – creati] creati vel increati P₂ V 121 Praeterea] ergo *add.* N tertio *add.* W fiebat – apparitio] apparitio aliqua fiebat V | certi] cui *sed mg. al. man. corr.* W 122 eis] eisdem V | poterant] poterat V | persona² *om.* NO *sup. lin.* S 123 Saule² *om.* O | quid] cur P₂ persequeris] Actuum 1 *add.* P₂ | Dubius] dubium O V | enim] ei *add.* O 124 persona] ei *add.* O W | loqueretur] loquebatur ei O *om.* P₂ 124-125 loqueretur – sibi *om.* (*hom.*) V 125 loquebatur] ei *add.* O | idem] illud P₂ V W | prius] scilicet quod conceptus proprius Dei et conceptus proprius creaturae potest esse dubius alicui intellectui *add.* P₂ 127 disiunctivus] disiunctus P₂ O | praesupponit necessario *inv.* O 127-129 praesupponit – disiunctivus *om.* (*hom.*) *sed mg. inf. suppl.* N 127 necessario] necessarium V 128 conceptum *om.* P₂ | disiunctivum] disiunctum P₂ 129 ostendo sic *inv.* P₂ 130 circa¹ *om.* P₂ | quod] est *add.* V | est² *om.* P₂ O 131 habetur] habeo V | quod scilicet *inv.* V | aliquem] aliquam *sed del.* S 132 propositio hypothetica] conceptus hypotheticus O | hypothetica *om.* P₂ | praedicati] subiecti W praesupponit] tertium *add.* W 133 subiectum – certum *om.* (*hom.*) W | disiunctiva] disiuncta P₂ | certum *om.* N 134 omnis¹] propositio *add.* O | disiunctiva¹] disiuncta P₂ | disiunctiva²] disiuncta P₂ | subiecti – praedicati] praedicati vel est disiuncta subiecti P₂ praedicati vel (*disiunctiva add. sed exp.*) subiecti S praedicati vel disiunctiva subiecti W | omnis² *om.* NO

117-118 AUGUSTINUS, *De Trinitate* I c. 1 (CCSL L, p. 28). 123-124 Act. 9, 4-5.

- S 16^v disiunctivus praesupponit certum conceptum. Maior | apparet: haec enim ‘Socrates 135
currit vel legit’, quae est disiunctiva praedicati, praesupponit ipsum ‘Socrates’ ut
subiectum certum et determinatum. Similiter ista ‘Socrates vel Plato currit’, quae est
P₂ 112^{vb} disiunctiva | subiecti, praesupponit ipsum ‘currit’ tamquam praedicatum certum et
determinatum. Minor est evidens, scilicet quod omnis disiunctiva vel est disiunctiva
praedicati vel subiecti. 140

<Propositio 6>

Sexta propositio est ista: omnis conceptus dividendum in quorum quolibet salvatur formaliter divisum praesupponit determinatum conceptum divisi.

Dico autem ‘in quorum quolibet salvatur formaliter ipsum divisum’ ad excludendum divisionem aequivoci vel nominis tantum, quia in neutro talium dividendum 145
salvatur formaliter ipsum divisum, nihil enim formale est ibi divisum sed sola vox.

W 6th Tunc ostendo propositum sic: apprehensio divisi praecedat | apprehensionem dividendum, ergo conceptus dividendum praesupponit conceptum divisi. Antecedens patet, quia intellectui primo occurrit dividendum quam ipsa dividenda. Consequentia est evidens, quia si primo occurrit, secundum aliquem conceptum occurrit, 150
qui praesupponitur illis.

Praeterea, conceptus divisi cum quolibet conceptu dividendum constituit concep-

P₂NOSVW

135 disiunctivus] semper *add.* O | apparet] est evidens ut patet in terminis V **135-139** haec – determinatum *om. sed* haec Socrates currit vel legit quae est disiunctiva praedicati praesupponit ipsum Socratem ut subiectum certum et determinatum similiter ista Socrates vel Plato legit quae est disiunctiva subiecti praesupponit ipsum legit tamquam certum et determinatum praedicatum *mg. inf. f. 9r suppl. et* verte folium ubi ista exempla sunt ponenda in tali signo + *mg. adnot.* V **136** ipsum *om.* P₂ | Socrates] Socratem N | ut] est *add.* P₂ **137** et] ut O **138** disiunctiva] disiuncta P₂ | praesupponit *om. sed* praesupponit ipsum currere seu *mg. suppl.* S currit] cursum P₂ | tamquam] currit *add.* O **138-139** certum – determinatum] determinatum et certum O **139** evidens – quod] vera quia sicut dictum est V | omnis] propositio *add.* V disiunctiva¹] disiuncta P₂ disiunctum W | disiunctiva²] disiuncta P₂ *om.* O disiunctum W **140** praedicati – subiecti] subiecti vel est disiuncta praedicati P₂ subiecti vel praedicati O **142-143** salvatur formaliter *inv.* P₂ NO **143** formaliter] ipsum *add.* V **143-144** praesupponit – divisum *om. (hom.) sed* praesupponit conceptum divisi determinatum dico autem in quorum quolibet salvatur ipsum divisum formaliter *mg. suppl.* V **144** autem] quod *add.* N salvatur formaliter conceptu salvatur O *inv.* W | formaliter *om.* P₂ N **146** salvatur formaliter *inv.* V | formaliter] forma W | formale] formaliter V **147** Tunc] nunc V | propositum] propositionem P₂ proximum W | praecedat] praesupponit P₂ **148** divisi] divisum P₂ **148-149** Antecedens] consequentia O **149** quia] tunc *add.* P₂ | dividendum] divisum P₂ V alia littera (...) *mg.* S **150-151** quia – praesupponitur] alia littera: quia primo occurrit quod praesupponitur *mg.* S **150** occurrit¹] occurrat O **151** qui] quae O **152** quolibet conceptu *inv.* V

tum aggregatum (patet), ergo conceptus divisi est alius a conceptu dividendum. Apparet consequentia de se.

155 Confirmatur: conceptus determinativi praesupponit conceptum determinabilis; sed conceptus dividendum sunt determinativi, et conceptus divisi est conceptus determinabilis; ergo conceptus dividendum praesupponit conceptum divisi.

Praeterea, conceptus divisi non est adaequate alterum dividendum, ergo est alius conceptus a quolibet conceptu dividendum. Antecedens est evidens, quia alias quilibet conceptus dividendum vere divideretur sicut et conceptus divisi, et sic eidem
160 inessent simul opposita, scilicet dividi et dividere, quod est | absonum.

O 5^{va}

<Corollarium>

Ex his omnibus concludo corollarie quod conceptu entis existente certo, conceptus cuiuslibet entis specialis potest esse dubius, quod confirmatur per Avicennam I
165 *Metaphysicae* capitulo 5: “omnes” inquit “homines imaginantur certitudinem entis, sed ignorant an debeat esse agens vel patiens,” et sic de aliis.

<ARTICULUS 2>

Quantum ad secundum articulum, est multiplex responsio ad istam rationem.

<Responsio 1>

170 Prima responsio est Richardi Conington, qui concedens maiorem negat minorem, et

P₂NOSVW

153 aggregatum] ut *add.* S V | patet *om.* P₂ | ergo] quod *add.* NO **153-156** divisi – conceptus² *om.* (*hom.*) N **154** Apparet consequentia] *inv.* P₂ consequentia patet V | de] ex V **155** Confirmatur] quia *add.* P₂ | determinativi] determinatus V | praesupponit] praesupponunt O determinabilis] determinabilem V **156** sunt] conceptus *add.* O | determinativi] determinati V et *om.* V | conceptus²] autem *add.* V **157** praesupponit] praesupponunt O W | divisi] vel determinativi *add.* O **158** adaequate] adaequatus V adaequare W | alterum] alteri V **158-159** ergo – dividendum *om.* (*hom.*) *sed mg. suppl.* S **159** conceptus *om.* N | quolibet *om.* O quolibet conceptu *inv.* V | est evidens] patet P₂ | alias] aliter N **160** divideretur] dividetur S sicut – divisi *om.* P₂ | et¹ *om.* O V | eidem] subiecto *add.* O **161** inessent] inesset V | inessent simul *inv.* N | simul *om.* O | absonum] absurdum P₂ S V seu absonum *mg. add.* S **163** omnibus *om.* V | corollarie] septimam conclusionem *add.* P₂ corollarium V W | conceptu] conceptus P₂ **164** quod *om.* P₂ **165** capitulo 5 *inv.* N S | inquit] enim V **166** sed] si W | ignorant] ignoravit P₂ debeat] debeant N debeant *sed corr.* O debet V **168** ad² – rationem *om.* P₂ **170** Richardi] responsio O | Conington] Cowton O cōcōis S cog^o W | concedens] concedit V | maiorem] et *add.* V

164-166 AVICENNA, *Liber de phil. prima* tr. I c. 5 (ed. VAN RIET I, p. 33). **170-174** RICHARDUS DE CONINGTON, *Quodlibet* I q. 2 (ed. BROWN¹, p. 306): “Ad primum ergo dicendum quod conceptus ille non est unus. Unde philosophi certi quod Deus esset ens non fuerint certi de

S 17^r dicit quod conceptus entis non est unus. Unde philosophi certi quod Deus est ens et ignorantes quod ens non fuerunt certi de uno conceptu et dubii de duobus, sed certi de duobus confuse | et indiscrete acceptis, dubii autem de duobus distincte et discrete acceptis.

P₂ 13^{ra} Sed contra: quaero, ista confusio unde provenit? Aut enim illa confusio et indiscretio provenit ex propriis rationibus conceptorum vel ex modo concipiendi. Non potest | dari primum, quia esset oppositum in adiecto quod aliqua secundum proprias rationes confuse conciperentur, ergo oportet dare secundum. Sed omnis talis confusio procedens ex modo concipiendi arguit necessario confusionem alicuius communis quod sic confuse ab intellectu concipitur. Illud – quodcumque detur – pono habere conceptum alium, et habetur propositum. 175 180

Praeterea, idem conceptus eidem intellectui non est simul dubius et certus; sed philosophi per te fuerunt certi de duobus conceptibus confuse et sine distinctione acceptis, et fuerunt dubii de eisdem distincte et discrete acceptis; ergo impossibile est esse eundem conceptum istorum distincte et confuse acceptorum; ergo est alius, et stat ratio. 185

P₂NOSVW

171 est¹] sit P₂ | certi] fuerunt *sup. lin. add.* V | et] tamen *sup. lin. add.* V 172 duobus] conceptibus *add.* P₂ conceptibus O 172-173 sed – distincte *om. sed* sed certi de duobus confuse et indistincte acceptis *mg. suppl.* V 173 indiscrete] indistincte P₂ O S 173-174 dubii – acceptis *om. (hom.)* O S *sed mg. suppl.* S 173-174 discrete] distincte V 175 Sed *om.* V quaero – confusio¹] ista confusio quaero V | ista – unde] unde ista confusio P₂ unde ista confusio sive indiscretio O | provenit] venit V 175-176 Aut – provenit *om. (hom.)* P₂ 175 illa] illius W 175-176 illa – indiscretio *om.* O 175 et] vel V 175-176 indiscretio] indistinctio S V 176 ex² *om.* N 177 dari] dici N | adiecto] scilicet *sup. lin. add.* S | aliqua] scilicet *add.* O 177-178 proprias rationes *inv.* O 178 confuse] tamen *add.* N W *sup. lin.* V | conciperentur] quia si conciperantur secundum proprias rationes igitur distincte et per consequens non confuse *add.* P₂ | dare] dari S 179-180 alicuius – concipitur *om. sed* alicuius communis sic concepti quod sic confuse ab intellectu concipitur *mg. suppl.* V 179-180 communis] communis S W 180 quod] quia N | pono] ponitur O potest S V 181 et] sic *add.* S V | et habetur] ergo O | habetur] haberetur N haberetur *sed corr.* V 182 idem conceptus *inv.* P₂ | est – certus] potest esse dubius et certus simul S V | simul *om.* O | dubius – certus] certus et dubius P₂ O 183 duobus conceptibus *inv.* P₂ | et] indistincte seu *add.* S V | sine distinctione] indistincte P₂ 184 et¹ – acceptis² *om. (hom.)* O | eisdem] eis P₂ | distincte – discrete] discrete et distincte S V 185 esse *om.* V | esse eundem *inv.* P₂ | acceptorum] esse idem *sup. lin. add.* V | est² *om.* P₂ NO

uno et dubii de duobus, sed fuerint certi de duobus conceptis confuse sine distinctione et discrepatione, et dubii de eisdem conceptibilibus distincte in quantum huiusmodi.”

<Responsio 2>

Secundo respondetur quod intellectus est certus de duobus disiunctis, puta quod
 190 potentiae animae sunt substantia vel accidens, sed est dubius de alterutro illorum.
 Certus enim sum quod hoc ens, puta potentiae animae, vel sunt substantia vel acci-
 dens, dubito tamen utrum sint determinate hoc ens, scilicet substantia vel accidens.

Sed contra: vel es certus de duobus disiunctis secundum proprias eorum rationes vel
 secundum aliquam communem rationem. Non secundum aliquam communem | per te, N 118^{va}
 ergo secundum proprias. Tunc sic: intellectus est certus | de duobus disiunctis secundum W 6^{va}
 195 proprias rationes eorum, ergo est certus de qualibet parte disiunctionis, et per consequens
 non ignorat alteram partem disiunctionis. Ergo ista responsio vel implicat oppositum vel
 oportet concedere quod intellectus est certus de disiunctis non secundum proprias ratios
 nes sed secundum aliquam communem, quod est propositum.

<Responsio 3>

200 Tertia responsio declarans praedictam est Alexandri minoris, qui dicit quod “cogni-

 P₂NOSVW

188 Secundo respondetur] secunda responsio (est *sup. lin.*) S | disiunctis] disiuncti scilicet W
189 potentiae] potentia N | sunt] sint S V | substantia] substantiae V | sed] et V **189-191** sed –
 accidens *om.* (*hom.*) *sed* dubitat tamen de alterutro certus enim sum quod hoc ens puta potentiae
 animae vel sunt substantia vel accidens dubito *mg. suppl.* S **189** dubius] dubium W
 alterutro] altero P₂ NO **190** sum] fuit V | hoc ens] haec entia O | puta] scilicet P₂ N *om.* O
 potentiae] potentia P₂ V | vel¹ *om.* O | sunt] est P₂ V | substantia] *om.* O substantiae W
191 dubito – accidens *om.* (*hom.*) V | utrum sint] an sit P₂ | sint] sit NO | accidens] eodem
 modo philosophi erant certi de istis duobus disiunctis creatum vel increatum ut quod ipsi erant
 certi quod primum principium esset ens creatum vel increatum sed tamen dubitabant an esset
 determinate hoc ens creatum vel hoc ens increatum *add.* P₂ **192** es] est P₂ S V ei W | duobus]
 distinctis *add.* O | duobus disiunctis] duobus conceptibus P₂ | disiunctis *om.* N | proprias
 eorum *inv.* P₂ NO | eorum rationes *inv.* S | rationes *om.* N **193** secundum¹] eorum *add.* P₂
 communem rationem *inv.* P₂ S V | rationem *om.* O | aliquam²] rationem *add.* P₂ | aliquam
 communem²] communem rationem O | per] rationem secundum N **194** secundum¹] aliquas
add. N | Tunc sic *inv.* V | certus] dubius W | de – disiunctis *om. sed* de duobus *mg. sup.* N
 duobus] conceptibus *add.* P₂ | disiunctis] disiunctivis S **195** proprias rationes *inv.* V | rationes
 eorum *inv.* S | eorum] illorum P₂ N *om.* O **196** vel¹ *om.* P₂ *mg.* S | implicat] contradictionem
 sive *add.* S | oppositum] contradictionem P₂ **197** disiunctis] disiunctivis S **198** sed] ergo O
 nec V | aliquam] aliquem P₂ W | communem] conceptum *add.* P₂ rationem *add.* V **200** praedi-
 ctam] opinionem *add.* P₂ rationem *add.* O praedicta V | minoris] iunioris S *om.* V

188-191 IOANNES DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 8 p. 1 q. 3 (ed. Vat. IV, p. 184 n. 68). Cf. THOMAS DE SUTTON, *Quaestiones ordinariae* q. 32 ad 23 (ed. SCHNEIDER, p. 890-92). **200-208** ALEXANDER DE ALEXANDRIA, *In Sent.* I d. 1 q. 6 a. 2 (London, British Library, Add. Ms. 14077, f. 18^{ra-b}): “Ad primum: quando dicitur quod idem non potest esse scitum et ignoratum, dico

tio cuiuslibet disiunctivae est magis confusa quam cognitio alterius partis tantum. Magis enim determinate cognoscit qui cognoscit quod Petrus currit quam qui cognoscit quod Petrus vel Martinus currit. Similiter, magis confuse cognoscit de Deo qui cognoscit quod est hoc ens vel illud quam qui cognoscit determinate quod est hoc ens, puta | necesse esse. Possum enim scire quod Deus est de | numero entium et tamen ignorare quod sit hoc ens determinate. Sic ergo dicemus quod inter esse a se et esse ab alio non est dare conceptum medium, tamen scire determinate quod Deus est necesse esse | est magis scire quam scire quod sit hoc ens vel illud.”

V 10^r
P₂ 113^{rb}

205

S 17^v

Sed contra: licet cognitio disiunctivae sit magis confusa et magis dubia quam cognitio alterius partis, tamen cognitio eius respectu cuius ponitur disiunctio est determinata et certa; sed illud est Deus; ergo sic concipiens habet aliquam certam cognitionem de Deo aliam ab illa disiunctiva; sed non habet certam cognitionem secundum rationem propriam, quia de ista est dubius secundum te, nec secundum solum conceptum disiunctivum; ergo secundum aliquem conceptum communem, quod est propositum.

210

215

P₂NOSVW

201 disiunctivae] disiunctionis O disiunctae V | alterius partis] alicuius certi O **202** Magis enim *inv.* O | enim *om.* V | cognoscit¹] agnoscit W | cognoscit²] cogit W **202-203** quod – cognoscit³ *om.* (*hom.*) P₂ **202** Petrus] Iohannes P₂ **203** Petrus] Plato P₂ | Martinus] Marcus O **203-204** de – cognoscit¹] qui cognoscit de Deo P₂ **204** determinate] rationem deitatis vel deitatem *et* determinate *mg.* S | determinate – est²] quod est determinate P₂ **205** esse] est O *illeg.* S | Possum] passum W **206** quod¹] Deus *add.* S | Sic ergo *inv.* P₂ **206-207** Sic – determinate *om.* (*hom.*) V **206** dicemus] dicere est dicere P₂ est dicere N dico O dicitur *sed* alia littera: dicemus *mg.* S **207** medium] et neutrum *add.* P₂ | scire] scitur N **208** quod] Deus *add.* P₂ O quam V | sit] est P₂ O *om.* V | ens *iter.* O **209** disiunctivae] disiunctiva P₂ NO S et – dubia *mg.* S **210** eius *om.* V | disiunctio] disiunctiva N **211** certa] ut patet ex quinta propositione *add.* O | illud] id V | ergo sic *om.* O | aliquam *om.* P₂ O **212** Deo] quam *add.* O aliam] aliqua V | disiunctiva] disiuncta P₂ **213** rationem propriam *inv.* S | est *om.* W | dubius] Deus V **214** disiunctivum] disiunctum P₂ O | aliquem] aliquod S **215** propositum] falsum V

hoc esse verum. Sed quando dicitur Deum esse ens, dico quod hoc scire non est scire conceptum communem, sed hoc est scire sub disiunctione quod hoc est hoc ens vel illud. Ad cuius evidentiam notandum est quod cognitio cuiuslibet disiunctivae magis confusa est quam cognitio alterius partis tantum. Magis enim determinate cognoscit qui cognoscit quod Petrus currit quam qui cognoscit quod Petrus vel Martinus currit. Eodem modo magis confuse cognoscit de Deo qui novit quod hoc est ens vel illud quam qui cognoscit determinate quod est hoc ens, puta necesse esse. Possum enim scire quod Deus est de numero entium et tamen ignorare quod sit hoc ens determinate, sicut possum scire quod Petrus vel Martinus currit et tamen ignorare determinate quod Petrus currit. Et hoc modo fuit de idolatris qui supponebant Deum esse de numero entium, quod autem determinate ignorabant et ideo errabant. Sic ergo dicemus quod inter esse a se et esse ab alio non est dare medium conceptum sicut nec inter necesse et possibile, tamen scire determinate quod Deus est necesse esse est magis scire quam scire utrum sit hoc vel hoc ens.”

Praeterea, conceptus divisi est neuter dividendum; sed | ens secundum te dividitur per esse a se et esse ab alio; ergo conceptus entis est neuter illorum.

O 5^b

Dices quod si maior est vera, cum ens dividatur per necesse esse et possibile esse, ergo conceptus entis est alius et neuter, et sic ens distinguitur formaliter a necesse esse et possibile esse, cuius oppositum tenes.

Respondeo et concedo quod conceptus entis est neuter ab illis. Sed cum infers 'ergo ens distinguitur formaliter ab eis', nego, sed concedo quod distinguitur ab eis conceptibiliter tantum. Multa enim distinguuntur conceptibiliter quae non distinguuntur formaliter, ut dicitur infra.

Praeterea, certitudo divisi praecedat certitudinem quorumcumque dividendum; sed ens est hic divisum per necesse esse et possibile esse; ergo certitudo entis praecedat certitudinem de toto disiuncto. Probatio maioris: apprehensio divisi praecedat apprehensionem dividendum, ergo certitudo certitudinem.

Dices quod hic cum dividitur ens, non dividitur aliquis conceptus.

Contra: non dividitur sola vox vel solum nomen, ergo aliqua ratio; illam dico conceptum aliquem.

<Responsio 4>

Quarta responsio est quae dicit quod in ratione est fallacia consequentis. Concedit enim quod ratio bene concludit quod ens dicit conceptum neutrum, sed si ultra infe-

P₂NOSVW

216 secundum] per O 216-217 dividitur] dividetur O 217 esse² om. V | est] alius et mg. add. S | illorum] et add. O 218 Dices] diceres N | quod] om. O dividendum sed ens secundum te dividitur per esse a se et esse ab alio add. (homoeoceph.) sed del. per va-cat W | si om. V | est exp. S | vera] scilicet quod conceptus divisi sit neuter dividendum add. P₂ | dividatur] dividitur W | et] per sup. lin. add. S 219-220 ergo – esse² om. (hom.) O 219 est] erit W | alius – neuter] neuter ab illis N | ens distinguitur] est distinguere P₂ 220 esse² om. N | oppositum] tu add. N om. O 221 et om. N | neuter] et sic ens distinguitur formaliter a necesse add. (homoeoceph.) sed exp. S | ab illis om. N | Sed cum] et O 222 ergo] quod S V | distinguitur¹] distinguatur S | formaliter – eis¹] ab eis formaliter S ab ente formaliter V | sed – quod] consequentiam sed O 223 conceptibiliter¹] conceptualiter O | conceptibiliter²] conceptualiter O | quae] quod V 223-224 distinguuntur formaliter inv. O 224 dicitur infra inv. P₂ NO 225 quorumcumque om. V 226 hic om. S V necesse ... possibile] possibile ... necesse P₂ | esse² sup lin. S om. W 227 maioris] minoris S V nam mg. add. S 228 ergo] et add. S 229 hic om. V | dividitur¹] dicitur N 230 non] si V 231 conceptum aliquem inv. O S V 233 Quarta – est¹] est quarta responsio (ista sup lin.) S | est¹ om. V quod] quae W | in ratione om. O | ratione] ista add. P₂ | Concedit] dicit O 233-234 Concedit enim] conceditur enim et alia littera: dicit enim mg. S 234 ratio] entis add. O | dicit] dicitur W 234-235 sed – neuter om. (hom.) sed sed si ultra (...) ergo est unum (...) dupliciter aliquis (...) neuter mg. suppl. S 234-235 ultra inferatur inv. N 234-235 inferatur ergo om. O

224 Cf. infra resp. 8 (lin. 343-345).

W 6^{vb} ratur ‘ergo unum’, non sequitur, quia dupliciter aliquis conceptus potest dici neuter, scilicet propter communitatem vel propter neutritatem | disiunctivam. Arguere ergo ‘neuter, ergo communis vel unus communis’ proceditur a superiori ad inferius affirmative et committitur consequens. 235

Sed contra: de unico et eodem conceptu non diversificato penes modum concipiendi eadem realiter affirmantur et negantur; sed conceptus entis et Dei est omnino idem secundum te non diversificatus penes modum concipiendi, et neutritas disiunctiva vere affirmatur de conceptu entis; ergo et vere affirmatur de conceptu Dei, quod est aperte falsum, ergo aliqua praemissarum. Non maior, ergo minor. 240

N 118^{vb} Praeterea, concedis propositum, quia si ens | dicitur conceptum neutrum, ergo alium, et hoc est quod ratio concludit, scilicet alietatem in conceptu entis, quaecumque sit illa alietas. 245

S 18^r Praeterea, responsio supponit unum falsum, | scilicet quod conceptus entis sit tantum disiunctivus.

<Responsio 5>

Quinta responsio est quod sunt duo conceptus, sed propter propinquitatem quam habent videntur unus, ita quod non est certitudo de uno conceptu et dubietas de 250

P₂NOSVW 239 non] *des.* P₂

235 dupliciter – conceptus] aliquis conceptus dupliciter P₂ | potest dici] dicitur esse V 236 scilicet] vel S V | communitatem] disiunctivam V | propter² *sup. lin.* S *om.* V | neutritatem] neutralitatem O | neutritatem disiunctivam] disiunctivam neutralitatem S | disiunctivam] disiunctam P₂ *om.* V | ergo *om.* N 237 neuter ergo *om.* S | vel] et N | unus] minus P₂ | communis² *om.* NO *exp.* S | proceditur] omnino inferiori ad superius *add. sed del.* P₂ | ad] suum *add.* O 238 et] ita *add.* P₂ sic *add.* O | consequens] fallacia consequentis P₂ 239 unico] uno S *scr. sed del. et uno sup. lin.* V | et] de *add.* NO S | diversificato] diversifico V W 240 eadem *om.* O | est] sunt O 241 te] et *add.* S rem V | diversificatus] diversificati O diversificativus V | penes] secundum O | concipiendi] significandi N | neutritas] neutralitas O 242 ergo *om.* O | et *om.* N | affirmatur²] affirmitur S affirmabatur W 244 Praeterea concedis] praeterea concedens et alia littera: praeterea concedis *mg.* S | concedis] concedas N 245 quod] illa *add.* O | quod ratio *inv.* N | concludit] includit O | scilicet *om.* N | in] de S V 246 alietas *om.* O 247 Praeterea responsio] praeterea ratio *sed* alia littera: praeterea responsio *mg.* S | responsio] ratio V | supponit] praesupponit NO | unum falsum *inv.* O 250 Quinta responsio *inv.* V sed] scilicet N in illis duobus conceptibus est certitudo et dubietas certitudo quidem pro quanto *add. sed del. per va-cat* W 251-252 de² – dubietas *om.* (*hom.*) V

250-254 Cf. IOANNES DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 8 p. 1 q. 3 (ed. Vat. IV, p. 179 n. 59); IDEM, *Ordinatio* I d. 3 q. 1-2 (ed. Vat. III, p. 20 n. 30); HENRICUS DE GANDAVO, *Summa* a. 21 q. 2 ad 3 (ed. Badius I, f. 125^v); IDEM, *Summa* a. 24 q. 6 (ed. Badius I, f. 142^v). Origo huius responsionis est Richardus de Conington; cf. ANONYMUS, *Quaestiones ordinariae de conceptibus transcendentibus* q. 1 a. 2 (ed. BROWN-DUMONT, p. 47).

duobus, sed in illis duobus conceptibus est certitudo et dubietas; certitudo quidem pro quanto propter propinquitatem videntur unus, sed dubietas propter distinctionem quam habent.

255 Sed contra: si ista responsio valet, destruitur omnis via probandi aliquem conceptum esse univocum. Dicam enim quod ‘homo’ non est conceptus univocus ad Socratem et Platonem, quia est plures conceptus, sed videtur unus propter propinquitatem, et sic de aliis.

260 Praeterea, aut isti duo conceptus accipiuntur ut disparati aut comparati, puta secundum analogiam et attributionem unius ad alterum. Si primo modo, ergo non videntur unus. Si secundo modo, tunc prius vel simul natura concipiuntur ut distincta, comparatio enim, cum sit quaedam relatio, per necessitatem supponit distinctionem extremorum comparatorum.

265 Praeterea, “quando non possunt aliqui conceptus concipi sub aliqua unitate nisi simul vel prius naturaliter concipiantur sub distinctione propria sibi quae supponitur illi unitati, non potest intellectus esse certus de eis sub ratione illius unitatis et dubius de eis sub ratione propriae distinctionis; sed si intellectus concipiens ens dictum de Deo et creatura habet duos conceptus, non potest habere illos conceptus secundum aliquam | unitatem nisi prius vel simul naturaliter habeat eos sub ratione distinctorum; ergo non potest esse certus de eis sub ratione unius dubitando de eis sub ratione multorum.” Maior est evidens, quia illa unitas est aliqua relatio; relatio autem non cognoscitur nisi cognoscatur ratio fundandi et ipsum fundamentum, funda-

O 6^a

NOSVW

252 duobus conceptibus *inv.* S 252-253 quidem – quanto] pro quanto quidem S V 253 propinquitatem] quam habent *add.* S V | videntur] videtur S | sed *om.* S 255 responsio] principaliter V | valet] videlicet W | destruitur] interimitur V | via] modus V modus *sed -u mg.* S 255-256 aliquem conceptum *inv.* V 256 conceptus univocus *inv.* W | univocus] unicus N 257 et] ad *add.* V | quia] sed S | conceptus *post* unus O 259 aut¹ *om.* O | conceptus] aut *add.* O accipiuntur] *scr. sed* concipiuntur (?) *mg.* S concipiuntur W | aut²] ut *add.* NO S | puta *om.* O 260-261 ergo – modo *om.* (hom.) O 261 videntur] videtur V 261-262 distincta] distincti W 262 comparatio enim] comparatione V | cum] cui S | quaedam relatio *inv.* O W | per necessitatem] necessario V | per – supponit] necessario praesupponit S 266 intellectus esse *inv.* S V 266-267 dubius] dubitamus *sed in* dubitativus *mut.* V 267 eis] eisdem O | si *om.* V | ens *om.* O 268 et] de *add.* S | illos] duos *add.* N istos duos S | illos conceptus] conceptum V 269 aliquam *om.* W | vel] et N | naturaliter] natura S V alia littera: naturaliter *mg.* S 269-270 distinctorum] disiunctorum W 270 ratione] alicuius *add.* O 271 multorum] *om.* S mulierum W unitas est *inv.* O 272-273 fundamenta] fundamentum O

255-258 Cf. IOANNES DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 3 p. 1 q. 1-2 (ed. Vat. III, p. 20 n. 30).
 259-263 Cf. IDEM, *ibid.* (ed. Vat. III, p. 20 n. 32 ‘extra’). 264-271 IDEM, *Ordinatio* I d. 8 p. 1 q. 3 (ed. Vat. IV, p. 179-80 n. 60).

V 10^v menta autem sunt haec ipsa extrema ut distincta. Minor patet, quia creatura non potest cognosci in habitudine | vel analogia ad Deum nisi et habeam conceptum Dei et conceptum creaturae, cum haec habitudo sit relatio, et per consequens supponit notitiam extremorum. 275

W 7^{ra} Praeterea, ista responsio ponendo duos conceptus ponit duo obiecta formalia; sed impossibile est quod super duo obiecta formalia feratur intellectus sine ipsorum | distinctione; ergo impossibile est intellectum certum et dubium esse illo modo de conceptu entis. 280

<Responsio 6>

S 18^v Sexta responsio est ad minorem, et dicitur quod ‘posse habere conceptum certum de ente et dubium de ente creato et increato’ dupliciter potest intelligi: uno modo quia est conceptus communis rationis utriusque, et | sic est falsum; alio modo quia habent singulos conceptus, scilicet Dei et creaturae, sed non discernitur a nobis quid eorum accipiatur, et sic est vera minor in proposito. Quia ergo arguitur ab habente plures causas veritatis ad alteram determinate, committitur consequens. 285

Sed contra: secundum te sunt duo conceptus et eis nihil est commune, ergo sunt conceptus simpliciter simplices; sed omnis conceptus simpliciter simplex vel totaliter cognoscitur vel totaliter ignoratur, ex IX *Metaphysicae*; ergo isti conceptus, si accipiuntur, distincte concipiuntur et discernuntur a nobis, nec poterit esse certitudo et dubietas de ipsis sic et sic acceptis. 290

NOSVW

273 sunt haec] hic sunt O 274 vel – Deum] ad Deum vel analogia O | et] etiam O om. S V habeam] haberet O habeat S V alia littera: habemus mg. S 275 conceptum om. NO | haec om. S V | supponit] supponat rationem vel S supponat V 276 notitiam] necessitatem O rationem V 277 responsio] tenet add. S ratio V | ponendo] ponens O | ponit] duos conceptus ponibiles necessario et add. S ponibiles V | duo om. O 278 super] sunt W | feratur] fundetur V 279 certum – dubium] dubium et certum S V | esse post intellectum S om. V | illo] ullo S 282 est] alia littera: fuit in marg. S | minorem] maiorem sed corr. W | et om. V 283 creato] increato NO creatae W | et²] vel S V | increato] creato NO increatae W | quia] quod NO 284 est¹] unus add. N W | communis om. W | rationis om. NO om. sed rationi mg. S | et iter. S et sic] quod O | quia] quod NO | habent] habeat O 285 singulos conceptus] conceptum singularem V | scilicet om. V | non om. O | quid] quis NO S | eorum] istorum O 286 accipiatur] accipitur O | et om. O | arguitur om. sed alia littera: quia ergo arguitur ab habente etc. mg. S om. V 287 veritatis] unitatis V | determinate] determinatam procedit S 288 secundum iter. V | eis – est] nihil est eis S est nihil V 289 sed om. O 290 cognoscitur] cogitur W 291 accipiuntur] scr. sed in concipiuntur mut. S concipiuntur W 292 et sic om. O V

273-276 Cf. IOANNES DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 8 p. 1 q. 3 (ed. Vat. IV, p. 181 n. 62). 277-280 Cf. IDEM, *Ordinatio* I d. 3 p. 1 q. 1-2 (ed. Vat. III, p. 21 n. 33 ‘extra’). 289-290 ARISTOTELES, *Metaphysica* IX c. 10 (AL XXV 3.2, p. 193-94; 1051b18-25).

295 Vel sic in alia forma: isti duo conceptus per te concipiuntur et non discernuntur, ergo aliquid de eis patet et aliquid latet; sed impossibile est aliquid simpliciter simplex simul eidem intellectui esse patens et latens; ergo secundum aliud patet et secundum aliud latet, et tunc idem quod prius.

Praeterea, ista responsio incidit cum praedictis.

<Responsio 7>

Septima responsio est Gerardi Carmelitae, qui respondet dupliciter:

300 Primo quod ista maior rationis vera est de conceptu univoco, non de analogo. Sed ista responsio improbata est superius.

305 Secundo dicit ad minorem: cum dicitur quod ‘intellectus est certus de aliquo quod sit ens et dubius quod ens’, | dicit quod falsum est, nisi etiam sit certus quod est hoc ens vel illud, quia nihil est commune categoriis praedicamentorum nisi proportionem, ex V *Metaphysicae*. Unde dicit quod non sumus certi de potentiis animae quod sint ens dubitando quod ens nisi sciendo determinate quod sunt substantia vel accidens.

N 119^{aa}

NOSVW

293 Vel – duo] alia littera: vel sic aliter formando isti duo etc. *mg.* S | sic in] potest O | alia forma *inv.* V **294** patet] patent S | aliquid²] de eis *add.* O V **294-296** sed – latet *om.* (*hom.*) V **295** simul] *om.* O et *add.* W | patens – latens] latens et patens S | aliud] aliquid O | patet] latet S **295-296** patet – aliud *om.* (*hom.*) O **296** latet] patet S **297** praedictis] patet *add.* N ut patet *add.* W **299** Gerardi] Gardi O Gerardi S V | Carmelitae] Carmelita N | dupliciter *om.* W **300** univoco] et *add.* S V **302** quod *om.* O **303** ens²] sit *add.* NO | est¹ *om.* N | etiam *om.* W | etiam – certus] sit certus etiam O | est²] sit O V **304** hoc ens *inv.* W | quia nihil] quod O **305** ex *om.* O | V] II V | dicit *om.* V **306** ens¹] sciendo *add.* O | nisi] non O | determinate] distincte *sed* determinate seu *mg. praem.* S de entitate V | sunt] sit O | substantia] substantiae S V **306-307** vel accidens *om.* O **307** accidens] accidentia S V

301 Cf. supra a. 1 (lin. 35-38). **302-307** GERARDUS DE BONONIA, *Quodlibet* I q. 1 a. 3 (ed. BROWN³, p. 167-68): “Et minor vera de eodem sed in se multiplex: cum enim dicitur quod aliquis est certus de aliquo quod est ens, dico quod est falsum nisi sit certus quod hoc vel illud, quia nihil commune categoriis nisi proportione, V *Metaphysicae* et IX *Metaphysicae*. Et de potentiis animae certum est quod sunt substantia vel accidens, et de quantitate et de actu illo angeli idem, et per consequens, quod ens. Unde non sequitur: non est certus quod sit substantia, ergo nec quod ens, quia ens non significat substantiam tantum; sed quod nec substantia nec accidens, ergo nec ens, quia ens significat substantiam et accidens, potentiam et actum, et omnia sine medio, ut dictum est; sicut non sequitur de cano, sano, et homine ut picto et vero. Si autem haec ratio sit bona, omnia V *Metaphysicae* sunt univoca. Hoc est falsum secundum omnes: enti per accidens, vero, et omnibus conceptus <esset> unus communis, et illi communi alii, et sic in infinitum.” **304-305** Cf. ARISTOTELES, *Metaphysica* V c. 7 (AL XXV 3.2, p. 103; 1017a23-26).

Sed contra: illud quod dicit esse falsum est manifestum per experientiam, ideo negat experientiam, quilibet enim potest in se experiri se esse certum de aliquo quod sit ens dubitando quod ens. 310

Praeterea, haec est directe contra tertiam et quartam propositiones praeostensas et contra ultimum corollarium.

Praeterea, ista responsio destruit se, quia secundum ipsum categoriae habent aliquod commune saltem proportione; sed illa communitas non est solius vocis, ut nunc suppono; ergo categoriae conveniunt in aliquo conceptu. Tenet ergo illa minor per te. 315

Praeterea, si conceptus entis est adaequate idem conceptui substantiae, ergo si sum certus quod est ens, sum certus quod est substantia, cuius oppositum experimur.

<Responsio 8>

S 19^r Octava responsio est quae dicit | quod aliquis idem conceptus est dubius et certus,
O 6th puta conceptus hominis | et conceptus huius hominis sunt idem conceptus, et tamen
possunt esse certus quod aliquis sit homo dubitando an sit hic homo. Similiter dicendum est in proposito de ente et hoc ente. 320

Sed contra istam responsionem arguit Scotus sic: licet idem conceptus possit diversificari penes modos grammaticales, puta singulare et plurale, vel penes modos logicales, puta singulare et universale, implicite et explicite, et licet penes ista possit 325

NOSVW

308 contra] quia *add.* S | dicit] patet *mg.* *add.* S | falsum] et *add.* V | manifestum *del.* S | experientiam] et *add.* S V **309** negat experientiam] necessaria experientia V | experientiam *om.* N quilibet] quaelibet W | potest – se¹] in se potest O **310** ens²] est *add.* W **311** contra] id quod est *add.* *sed del.* V | quartam] conclusionem vel *add.* V | propositiones] propositionem S V W **313** responsio] ratio *sed mg. corr.* S | secundum *om.* O | ipsum] philosophum *sed mg. corr.* S philosophum V | categoriae] categorice W **313-314** habent aliquod] aliquid habent NO **315** categoriae] categorice W | conveniunt] sunt O | Tenet] rem W | per] pro V **316** adaequate idem *inv.* NO S | conceptui] conceptu W **316-317** si sum] fuit V **317** ens] et *add.* S V experimur] secundo respondet ad maiorem dicit enim quod maior est vera de conceptu univoco non de analogo sed ista responsio est iam superius improbata (est igitur *add.* *sed del.*) *mg.* *add.* (cf. *supra lin.* 302-307) S **319** est¹] negando maiorem *add.* S negando maiorem V quae dicit *om.* O | dubius – certus] certus et dubius S V **320** et¹ *om.* O | idem conceptus] alia littera: unus conceptus *mg.* S | et² *om.* S V **321** possum] possunt S | sit¹] est O **321-322** dicendum est] *inv.* O dicendo hic V **322** est] hic *add.* S | in proposito *om.* O | et] de *add.* N V et – ente² *om.* O **323** sic] *om.* N hic O | idem] sit *add.* O | possit] potest O **324** penes¹] secundum S V | puta] secundum *add.* S W | et] vel V **325** logicales] logicos V | puta] penes *add.* V secundum *add.* W | singulare – universale] universale et particulare (singulare O) O W et¹] vel particulare vel V | et³ *om.* N

311-312 Cf. *supra* a. 1 (lin. 70-71, 91-92, et 163-166). **319-329** Cf. IOANNES DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 8 p. 1 q. 3 (ed. Vat. IV, p. 178-79 n. 57-58).

assignari congruitas et incongruitas, | veritas et falsitas, tamen quod de eodem omnino conceptu aliquid affirmetur et negetur est impossibile; sed talis est conceptus entis et huius entis seorsum accepti, nam aliquid affirmatur de ente, scilicet certitudo, quod tamen negatur de hoc ente; <ergo etc.>

330 Praeterea, conceptus individui vagi et individui signati non sunt omnino unus et idem conceptus, ut responsio supponit, quod ostendo sic: unus et idem omnino conceptus non potest de eodem simul affirmari et negari; sed conceptus alicuius hominis vere affirmatur de Socrate (haec enim est vera: 'Socrates est aliquis homo'), et conceptus Platonis vere negatur de Socrate (haec enim est vera: 'Socrates non est Plato'); ergo etc.

335 Praeterea, conceptus speciei non est adaequate idem cum conceptu alicuius individui signati; sed tantae latitudinis est conceptus individui vagi quanta est conceptus speciei, de quibuscumque enim verificatur species, verificatur et individuum vagum; ergo conceptus individui vagi non est adaequate idem cum conceptu individui signati.

340 Dices quod est idem conceptus diversificatus secundum diversum modum concipiendi.

Contra: diversitas modi concipiendi sufficit ad non omnimodam identitatem conceptuum, et maxime quando se habent ut magis commune et minus commune, ut in proposito.

<Responsio 9>

Nona responsio est quae dicit quod philosophi cognoscentes aquam vel ignem determinate simul habuerunt cognitionem entis, et ideo non fuerunt certi de conceptu entis et dubii de aliquo inferiori, quia idem sunt, sed fuerunt dubii utrum illud quod ponebant primum principium esset creatum vel increatum etc.

NOSVW

326 et¹] vel V | et²] vel S 326-327 omnino *mg.* S *om.* V 326-327 omnino conceptu *inv.* O 327 affirmetur] affirmatur N afferetur W | et] vel S V | negetur] negatur N negaretur S | sed *om.* O 328 et] vel W 328-329 nam – ente *om. sed* nam aliquid affirmatur de ente scilicet certitudo quae tamen de hoc ente negatur ergo etc. *mg. suppl.* S *om.* V 330 Praeterea] quod *add.* N W | sunt] sint N sit S W 330-331 et idem] eiusdem N 331 supponit] videlicet quod sint idem *mg. add.* V 332 eodem] non *sup. lin. add.* S | et] vel N V 334 enim *om.* W 336 adaequate] conceptus *add.* S 337 quanta *om.* S | est²] sint S *om.* V 338 quibuscumque – species] quocumque enim affirmatur *sed del. et* de quibuscumque enim verificatur species *mg. corr.* S | enim *om.* V | verificatur² *om.* V | et *om.* O 339 adaequate idem *inv.* O 341 secundum – modum] alia littera: secundum diversos modos etc. *mg.* S | diversum *om.* O 343 modi] in modo O | identitatem] entitatem W 347 responsio] ratio W | est] ad minorem *add.* S V 348 habuerunt] conceptum vel *add. sed exp.* S | cognitionem] conceptum V 348-349 certi – fuerunt *om. (hom.)* V 349 entis et *om.* S | quia] quod W | sed fuerunt *om.* O 350 primum principium *inv.* V | esset] ens *add.* O | etc. *om.* O

V 11^r Sed contra: tum quia ista responsio coincidit cum praedicta, | tum quia est contra tertiam et quartam propositiones praeostensas.

<Responsio 10>

Decima responsio est Roberti Cowton quod numquam intellectus potest concipere vere ens quin habeat aliquem conceptum realem aut Dei aut creaturae; sed non potest habere conceptum communem Deo et creaturae, quia nihil tale est quod sic vere possit concipi nisi conceptus nominis tantum, sicut possum concipere ‘canem’ non concipiendo eius significatum, et ideo qui sic concipit habet conceptum erroneum, non potens concipere in conceptu | suo multipliciter entis, et ideo concipit plura ut unum. 355

Sed contra: ista responsio supponit unum falsum, scilicet quod communitas entis sit solius nominis, et ideo videtur ipse magis habere conceptum erroneum. 360

N 119^{rb} Praeterea, contra istam responsionem sunt tres rationes factae contra primas | quinque responsiones. Ponit enim quod concipiendo ens concipimus duos conceptus.

Praeterea, ille doctor, scilicet Henricus, cuius dictis iste innititur, videtur contra- 365

NOSVW

351 tum¹] tunc V | coincidit] incidit O | tum²] tunc V **352** tertiam – quartam] secundam et tertiam S | propositiones] ante tertiam V propositionem W | propositiones praeostensas] propositionem praeostensam S **354** Roberti Cowton] quae negat minorem et dicit S V | Cowton] Con’ton N Cowtōn O ḡnoca° W **355** aliquem] aliquid S | sed non] nec S V **356** habere] concipere S | conceptum communem *inv.* S | Deo] Dei V | vere] verum V **357** possit] posset O | nominis] negationis N W vel negationis *add.* O | tantum *om.* V **358** concipiendo] cognoscendo W **359** potens] potest O poteris W | multipliciter] realiter *mg. add.* S | concipit *mg.* S *om.* V **361** responsio] ratio S V | supponit] ponit N praesupponit O | communitas] conceptus O | entis *mg.* S *om.* V **362** ipse] ipsum O | magis – conceptum] habere conceptum magis NO **363-364** contra¹ – concipiendo] alia littera: contra primas responsiones quinque ponit enim quod concipiendo etc. *mg.* S **363** tres *om.* S V **364** quinque] et secundas S responsiones] rationes V | concipiendo] gradus W **365** scilicet *om.* V

352 Cf. supra a. 1 (lin. 70-71, 91-92). **354-360** ROBERTUS COWTON, *In Sent.* prol. q. 4 ad arg. 7 Scoti (ed. BROWN², p. 35): “Ad septimum argumentum concessa maiore, nego minorem. Nunquam potest aliquis vere concipere ens quin aliquem intellectum habeat aut Dei aut creaturae, nec potest habere conceptum simplicem communem Deo et creaturae praeter conceptum utriusque, quia nihil est tale quod sic vere concipi posset nisi conceptus nominis tantum. Sic enim posses capere canem, non concipiendo aliquid eius significatum. Et ideo qui sic concipit aliquid commune, conceptum erroneum habet, non potens distinguere in conceptu suo multipliciter entis; et ideo concipit plura ut unum.” **363-364** Cf. supra lin. 182-186, 192-198, 209-215, 239-248, 255-280.

dicere sibi ipsi, nam secundum ipsum 21 articulo, ut allegatum est quaestione praecedenti, “omnis res prius nata est movere intellectum ratione qua ens quam ratione qua hoc ens,” quod non esset verum nisi ens diceret alium conceptum ab hoc ente et ab illo ente.

370

<Responsio 11>

Ideo est undecima responsio Aureoli, qui istam rationem innititur impedire quadrupliciter.

Et primo ostendit quod ille modus arguendi | non valet, quod patet sic arguendo: O 6^{va}
 375 quod ens dicit aliquem conceptum et dubitat utrum analogum, | univocum vel aequi- W 7^{va}
 vocum; ergo est dare aliquem conceptum qui nec est analogus nec univocus nec
 aequivocus, quod est falsum evidenter.

Praeterea, secundo sic: ad dictum alicuius quem scio impossibile esse mentiri
 380 dicentis ‘canis est in platea vel in macello’ habeo aliquem conceptum certum quod
 aliqua res designata per hoc nomen ‘canis’ est in macello, et tamen dubito utrum illa
 res sit latrabile vel marinum; ergo ‘canis’ significat unum conceptum communem,
 quod est aperte falsum. Patet ergo quod forma illa arguendi non valet.

Praeterea, tertio, ad formam solvendo ponit distinctionem de conceptu, et dicit

 NOSVW

366 sibi] si N | 21] 51 N | 21 articulo *mg.* S *om.* *sed* 3 articulo *mg.* V | articulo] quaestione 2
add. O quaestione *add.* W | ut] ubi V **366-367** quaestione praecedenti *inv.* V **366-367** praec-
 edenti] praecedente W **367** prius] est *add.* O **367-368** quam – ens¹ *mg.* S **368** alium]
 aliquem O | conceptum] alium *add.* O | ente *om.* S V | et] ab *add.* N **368-369** et – ente *om.*
 (*hom.*) O **369** ab *om.* W | illo] hoc N W **371** Ideo est] est autem S V | undecima] nona V
 rationem] responsionem O **371-372** quadrupliciter] sic O quattuor rationibus S V quarta W
373 quod patet *om.* NO **374** et²] vel O **375** utrum] unum W | analogum] vel *add.* S V
376 nec¹] non NO S | analogus – univocus] univocus vel analogus N | nec² *om.* O **377** est
 falsum *inv.* NO **378** secundo] arguitur *mg.* *add.* S | esse *om.* O **379** platea] planeta O | vel
om. V | in² *om.* W **379-380** habeo – macello *om.* (*hom.*) N **379-380** habeo – et *om.* *sed.*
 habeo aliquem conceptum certum quod aliqua res designatur per hoc nomen canis est in
 platea et *mg.* *suppl.* S **380** designata] significatur V de significatis W | canis *om.* V | dubito]
 dubitatur V | utrum] an O **381** sit] animal *add.* O | latrabile] latrabilis S V | marinum] marina
 S V | significat – communem] unum (communem *mg.*) conceptum significat N | conceptum
 communem *inv.* W **382** illa *om.* S V **383** Praeterea] primum W | tertio *om.* NO *post* formam
 S V | formam] in *add.* W

366-368 HENRICUS DE GANDAVO, *Summa* a. 21 q. 3 (ed. BADIUS I, f. 126^r). **366-367** Cf.
 supra q. 4 a. 5 (lin. 175-179). **373-391** PETRUS AUREOLI, *Quaestio disputata* a. 1 (ed. BOUL-
 NOIS, p. 312-13 n. 26-30).

quod ‘conceptus alius’ potest intelligi dupliciter: vel alietate distinctionis et separatae rationis vel alietate totalitatis, qua scilicet conceptus totius est alius a conceptu partium, et ille est duplex. Quandoque enim concipitur determinate utrumque vel alterum, quandoque sub quodam confuso et mixto. Exemplum: videns multos minutos colores non discernit eos, sed in quodam tertio confuso et mixto videt eos. Tunc dicit ad minorem quod concipiens potentias animae esse ens habet conceptum quemdam totalem mixtum non determinate huius vel illius, puta substantiae vel accidentis. 385

Praeterea, quarto, alibi concedit maiorem et minorem, et cum infertur ‘ergo conceptus entis non est conceptus substantiae determinate vel accidentis determinate’, concedit dicendo quod est utrumque indeterminate, nec propter hoc, ut dicit, sequitur quod dicat aliquem conceptum praecisibilem ab illis vel abstrahibilem. 390

Sed contra respondentem illum arguitur, primo quia in *Scripto* super I *Sententiarum* distinctione 2 dicit quod haec ratio demonstrative probat quod conceptus entis est alius ab omnibus aliis conceptibus particularium entium; sed haec est quod intendendo concludere quoad praesens | per istam rationem; ergo primae responsiones vanae sunt, demonstratio enim non est solubilis existentem. 395

S 20^r 400

NOSVW

384 conceptus *om.* W | alius] alicuius *et* alia littera: alius *mg.* S | et] vel N **386** est duplex *inv.* V | enim *om.* O V | concipitur] concipit N **387** quandoque] enim *add.* O | Exemplum] utpote NO **387-388** multos – colores] minutos colores multos O **387-388** minutos colores *inv.* V **388** sed – mixto] alia littera: sed in quodam confuso et mixto *mg.* S | tertio] conceptu O confuso – mixto] mixto et confuso O | eos²] et *add.* S V **389** minorem] maiorem V | concipiens] cognoscens NO **389-390** conceptum quemdam *inv.* S V **390** totalem] communem O totaliter S | illius] huius S V **392-393** Praeterea – accidentis *om.* (*hom.*) N **392** quarto alibi *inv.* V **393** non *om.* S **393-394** est – indeterminate] alia littera: est conceptus substantiae determinate vel accidentis determinate concedit quod est utrumque indeterminate etc. *mg.* S **393** conceptus] huius S *om.* V | substantiae] verum est *add.* S | determinate²] et sic *add.* S **394** concedit] concedo V | dicendo *om.* W | utrumque] et *add.* W | indeterminate] determinate *sed sup. lin. corr.* N determinate O | ut – sequitur] sequitur ut dicit S V **395** dicat] dicit O dicant S | aliquem] aliquod S **396** respondentem illum] responsionem istam S | arguitur] arguo sic N arguo O | arguitur – quia] arguitur sic quia *sed exp. et* arguo primo sic quia *mg.* S primo] sic V | quia] quod W | Scripto] Scripta W | I] librum N librum *sed del. et II sup. lin.* V **397** distinctione 2] *inv.* N in responsione ad primum principale O | dicit *om.* *sed* ipse dicit *mg.* S | demonstrative] determinate S V **399** responsiones] rationes V **400** vanae] vere V | demonstratio] differentia S differentiae V | existenter] existentis N dicit enim distinctione 2 articulo 5 in principio quod conceptus substantialis et ratio idem sunt similiter in responsione illius articuli ad primum argumentum dicit quod conceptibile et ratio idem sunt *add.* O

392-395 Fortasse PETRUS AUREOLI, *Quaestiones ordinariae* (opus deperditum). **396-398** PETRUS AUREOLI, *Scriptum* I d. 2 q. 9 (ed. BUYTAERT II, p. 513).

Addit autem iste quod haec ratio non probat unitatem rationis sed tantum unitatem conceptus.

Contra: hoc videtur includere contradictionem quod sit unitas conceptus et non unitas rationis, pro eodem enim accipio ‘conceptus’ et ‘rationem obiectalem’.

405 Praeterea, ostendo quod nulla responsio illarum valet.

Prima enim responsio, quae est per instantiam, committit fallaciam figurae dictionis commutando quid in quale, nam analogia, univocatio et aequivocatio sunt quaedam secundae intentiones, non primae, ‘ens’ autem dicit primam intentionem. Nullus autem conceptus primae intentionis est formaliter conceptus secundae intentionis. Refert ergo dicere conceptum analogiae vel univocationis vel aequivocationis et conceptum analogum, aequivocum vel univocum. Cum ergo dicitur ‘conceptus analogi, aequivoci vel univoci’, est accipere conceptum quid, cum vero dicitur ‘conceptus univocus, aequivocus vel analogus’, est accipere quale quid, quia denominative sumitur. Bene ergo concludit illa responsio instantiam quod conceptus entis non est conceptus analogi vel univoci vel aequivoci formaliter, licet possit esse analogus, univocus vel aequivocus denominative; non ergo sequitur, ut dicit, quod sit dare

410
415

NOSVW

401 haec] illa NO | non] potest *add. sed exp.* W **401-402** rationis – unitatem² *om. (hom.)* O **401-402** tantum – conceptus] conceptus tantum V **403** sit] sicut W | non] sit *add.* N **404** enim *om.* V | obiectalem] praeterea alia concedit maiorem et minorem cum infertur ergo conceptus entis non est substantiae determinate vel accidentis determinate concedit quod est utrumque indeterminate nec propter hoc ut dicit sequitur quod dicat aliquem conceptum praescibilem vel abstrahibilem ab illis *add. (cf. supra 392-395)* N subiectalem O **405** responsio *om.* S V | responsio illarum] istarum rationum O | responsio – valet] illarum responsionum valent N **406** Prima] probari O | responsio] ratio O V | quae *om.* O | instantiam] consequentiam O signam W **407** quale] et *add.* O | analogia – aequivocatio] analogatio et aequivocatio et univocatio S V **408** secundae intentiones] intentiones secundae et O | intentiones] et *add.* S V **409** est] potest esse S V | formaliter conceptus] formalis ratio V **410** Refert] refertur S vel¹ *om.* NO V | univocationis *scr. sed in univoci mut.* V | vel²] et NO | vel aequivocationis *om.* V **411** conceptum] univoci et conceptum *add.* S | analogum] vel *add.* S V | aequivocum – univocum] univocum et aequivocum NO | vel] et O | vel univocum *om.* S | Cum *om.* S | ergo] enim S V **412** analogi] et *add.* V | analogi – univoci] univoci analogi aequivoci N univoci aequivoci et analogici O alia littera: analogiae aequivocationis vel univocationis *mg.* S univoci vel aequivoci vel analogici W | vel] et V | quid] qui O | cum] tunc S | vero] ergo S V | dicitur *om.* W **413** univocus] vel *add.* S V | aequivocus – analogus] etc. N et O **414** sumitur] accipitur S | Bene] unde O | illa *om.* NO | responsio] ratio respondeo ad S V | responsio instantiam] ratio in statera O | instantiam] instantia W **415** conceptus *om.* NO | analogi] analogici O W | vel¹ *om.* O **415-418** vel¹ – analogi *om. (hom.)* V **415** formaliter] *om.* S forma W possit] posset O | analogus] vel *add.* N S **416** denominative] de nominatis S

- N 119^{va} aliquem conceptum qui nec sit analogus, univocus nec aequivocus, | sed bene sequi-
 W 7^{vb} tur quod conceptus entis | non est conceptus analogi formaliter | etc. Dicere ergo
 O 6^{vb} ‘conceptus entis non est conceptus analogi, ergo non est analogus’ non valet.
- Ad secundum: cum dicitur ‘ad dictum alicuius quem scio’ etc., posito illo casu 420
 quod sit aliquis talis qui non possit mentiri, dico quod non est simile, quia ‘canis’
 V 11^v non dicit aliquem communem conceptum sed solam vocem, | ‘ens’ autem dicit com-
 munissimum conceptum, et ideo, posito casu, non sum certus nisi de conceptu nomi-
 nis, et ille est alius nominaliter a suis significatis.
- Ad tertiam responsionem, quae est ad formam, dico quod multipliciter peccat. 425
 Tum quia ubi est alietas, ibi est distinctio, ergo ponere alietatem sine distinctio est
 ponere oppositum in adiecto, illa ergo distinctio de alietate conceptus implicat
 repugnantiam. Tum quia non videtur scientificè dictum quod conceptus omnium
 entium apprehendantur in quodam conceptu mixto sicut minuti colores in caelatura.
 Tum tertio quia saltem habemus secundum illam responsionem quod conceptus entis 430
 est alius a conceptu cuiuslibet entis, quod est propositum. Sed quali alietate postea
 dicitur.
- Ad quartam responsionem apparet quod concedit propositum, quia concessa
 maiori et minori rationis, necessario sequitur conclusio. Concedere ergo praemissas
 et negare conclusionem est respondere ad conclusionem, quod non est logice dic- 435
 tum.
- S 20^v Praeterea, implicat | praeconcessi oppositum. Primo enim concedit quod concep-

NOSVW

417 sit] est O | analogus] vel *add.* N | univocus – aequivocus] aequivocus nec univocus O nec
 aequivocus nec univocus S | nec²] vel N 418 analogi] analogus O nec aequivoci nec univoci
mg. add. S | etc. *om.* O S V | ergo] quod *add.* O 419 conceptus analogi] analogici conceptus
 O *inv.* V | non valet] et W 420 quem] ego *add.* S V 421 qui] quod NO | possit] posset O
 canis] talis V 422 communem *om.* O | ens autem] omnis V | dicit² *om.* O 423 ideo] caetera
 V | sum certus] sumus certi O 424 alius *om.* O 425 responsionem] rationem O | multiplici-
 ter] magister N materialiter V 426 Tum] *om. sed* tum id est primo *mg. suppl.* S tunc V
 427 ponere *om.* S V | oppositum] oppositio W | illa *om.* V | illa ergo *inv. sed corr.* O | concep-
 tus] *om.* NO cuius V | implicat] includit O contradictionem vel *mg. add.* S 428 repugnan-
 tiam] repugnantia W | Tum] id est secundo *sup. lin. add.* S tunc V | non *om.* V | videtur]
 contradictionem vel *mg. add.* S | scientificè] scienter O scire V 429 apprehendantur] compre-
 hendatur N apprehenduntur O apprehendatur S V | quodam conceptu *inv.* S V | conceptu] in
add. N 430 Tum] *om. sed* tum id est *mg. suppl.* S | illam responsionem] responsionem istam
 S istam rationem V | responsionem] rationem O 433 responsionem] rationem O V | quia *iter.*
 S | concessa] concessis V 434 necessario] necesse V 435 est²] verum nec *add.* S V
 437 Praeterea] illa *add.* O | implicat] multiplicat O | oppositum] propositum NO | enim] ergo
 O

431-432 Cf. infra q. 9 a. 3 (lin. 422-427).

tus entis non est determinate conceptus substantiae vel conceptus accidentis, et postea dicit quod non est praecisibilis vel abstrahibilis ab eis.

440 Confirmatur: omnis conceptus qui sic se habet ad aliquos conceptus quod est alius ab eis alietate non convertentiae est praecisibilis et abstrahibilis ab eis abstractione praecisiva; sed conceptus entis sic se habet ad conceptus omnium entium specialium, sicut est evidens de se; ergo conceptus entis est praecisibilis a conceptu cuiuslibet entis specialis, quod tamen ipse negat.

445 <ARTICULUS 3>

Quantum ad tertium articulum, rationem ipsam quam reputo insolubilem existenter formo sic: impossibile est unum et eundem conceptum penitus eidem intellectui et eodem tempore simul esse dubium et certum; sed cum certitudine de conceptu entis stat dubitatio cuiuslibet entis specialis, ut patet ex tertia et quarta propositionibus
450 praecostensis; ergo necessario conceptus entis est alius a conceptu cuiuslibet entis specialis.

Dico ergo quod ista ratio concludit necessario, nam illa ratio cuius praemissae innituntur primo principio vel propositionibus per se notis, saltem notis experientia intellectuali, necessario concludit; sed ista ratio est huiusmodi, ut apparet ex praedic-
455 tis; ergo concludit necessario.

AD ARGUMENTA

Ad primum: concedo conclusionem, scilicet quod alius sit conceptus definiti a con-

NOSVW

438 determinate – substantiae] conceptus substantiae determinate S **439** est *om.* V | abstrahibilis] contrahibilis O **440** Confirmatur] praeterea N quia *mg. add.* S praeterea *sed mg. corr.* W | sic] ita S *om.* V **441-442** alietate – praecisiva] abstractione praecisiva est praecisibilis a conceptu cuiuscumque ipsorum conceptuum specialium O **441** et] vel S **443-444** a – entis *exp. et ab eis mg.* S **444** specialis *om.* S V **446** Quantum *om.* V | existenter] existente V **447** formo] formatur O | formo sic *om.* V | unum et *om.* O | conceptum penitus *inv.* W | penitus] uni et *add.* S **448** tempore] ipsi W | simul *post* certum V **449** dubitatio] dubia V **449-451** ut – specialis *om. (hom.)* W **449** propositionibus] propositione N V **450** praecostensis] ostensis O | necessario] per necessitatem NO **452** ratio¹] responsio O | illa *om.* V **453** vel] in V **453-454** propositionibus – intellectuali] alia littera: propositionibus saltem per se notis experientia intellectuali *mg.* S **453** notis² *om.* NO | experientia] intentionali vel *add.* N **454** concludit] includit W **454-455** sed – necessario *om. (hom.)* O **455** concludit necessario *inv.* S V **457** primum] primam O | concedo *om.* O | scilicet *om.* NO | quod] conceptus definiti *add.* S | alius] conceptus *add.* V | alius sit *inv.* S | conceptus definiti *om.* S **457-458** conceptu *iter.* S

449-450 Cf. supra a. 1 (lin. 70-71, 91-92). **457** Cf. supra arg. princ. 1 (lin. 6-8).

ceptu definitionis, alias quomodo essent tres termini in demonstratione potissima non video.

Ad secundum: cum dicitur ‘de cane’ etc., dico quod maior est falsa, quia de falso nullus potest esse certus. Ratio est quia signum universale non additur proprie nisi termino communi, et ideo non potest addi termino aequivoco proprie loquendo. Ratio logica assignatur huius, quia signum universale non significat certum terminum nisi quoniam universaliter, ex I *Perihermenias*. Si ergo in termino non significatur universalitas, qualis est terminus aequivocus, qui nullam communitatem habet nisi vocis tantum, non potest sibi proprie addi signum universale, improprie ergo dicitur ‘omnis vel nullus canis currit’.

W 8^{ra} Vel aliter: concessa maiori, minor erit falsa, quia cum terminus aequivocus significet actu omnia sua | significata, si sum certus quod omnis canis currit, per necessitatem sum certus quod latrabile currit etc.

Ex hoc apparet quod non valet quaedam instantia quorumdam. Cum – inquit –

NOSVW

458 essent] et *add.* O *mg.* S | tres termini] individui S | demonstratione potissima *inv.* V
 460 dico] dicitur O | quia] et S 461 nullus] non W | Ratio] et ideo V | additur proprie *inv.* O
 461-462 nisi termino *iter. sed del.* S 463 logica] logicalis O longa V | assignatur *om.* V
 huius *mg. post ratio inser.* S | certum] circa N esse W 464 quoniam] quomodo significatur S
 quantum V | ex *om.* NO 465 universalitas] communitas NO | aequivocus] vel communitas
add. W 466 vocis tantum *inv.* S | sibi proprie *inv.* O | sibi – addi] addi sibi V | proprie addi
inv. S 467 currit] et *add.* W 468 concessa maiori] concedendo maiorem S V | concessa –
 falsa] alia littera: concessa maiori minor est falsa etc. *mg.* S | erit] est NO S | cum] tunc V
 468-469 significet] significat O V seu importet *mg. add.* S 469 omnia *om.* O | omnia – signi-
 ficata] sua significata omnia S V | sum] fuit V 469-470 per necessitatem] necessario S 469-
 470 per – sum] fuit V 470 quod] animal *add.* O | latrabile] latrabilis S V | etc.] *om.* O et *add.*
 S 471 quod non *iter. sed corr.* S | valet] valent S | Cum] qui S tamen W | inquit] inquirunt
 (seu... *mg. add.*) quomodo S

460 Cf. supra arg. princ. 2 (lin. 9-12). 463-464 Cf. ARISTOTELES, *De interpretatione* c. 7 (AL II 1-2, p. 10; 17b9-15). 471-473 Cf. supra a. 2 (lin. 378-382). 471-473 Cf. IOANNES DUNS SCOTUS, *Collationes Oxonienses* q. 4 (ed. ALLINEY-FEDELI, p. 38 n. 7): “...quando proponitur hoc nomen ‘canis’, certus sum quod est conceptus canis, et tamen dubito utrum sit latrabile animal vel celeste sidus; ergo, si ratio fundamentalis sit bona, sequitur quod canis sit univocum ad illa, quod est contra omnes.”; NICOLAUS DE LYRA, *Quodlibet* II q. 6 (ed. BROWN⁵, p. 124): “Praeterea, ratio illa non videtur cogere quod <ens> dicat conceptum alium a decem praedicamentis, quia tunc idem esset scitum et ignoratum secundum eundem conceptum, quia non credo quod oporteat nos ponere quod nomen aequivocum dicat alium conceptum a suis aequivocatis, ut canis diversum conceptum a latrabili et marino et caelesti, et tamen poterit aliquid cognosci sub nomine canis, nec tamen determinate cognoscetur sub altero illorum significatorum, ut si cognoscam aliquem esse determinate canis sed nesciam utrum latrabilis vel marini.”

proponitur ‘canis’, certus est intellectus de conceptu canis | et tamen est dubius | de conceptu latrabilis etc. Haec – inquam – instantia puerilis est, nam intellectus, audito hoc nomine, non | concipit aliquam rationem communem ut imaginatur instantia.

N 119^{vb}
S 21^r

475 Ad tertium: cum dicitur quod ‘videns aliquem venientem a longe’ etc., dico quod ex hoc non sequitur quod ‘Petrus’ dicat alium conceptum a ‘Petris’, sed quod habetur alius conceptus de accidentibus in communi, puta de figura, de incessu etc., sed ignoratur de eis in quantum qualificant hunc vel illum. Certus enim ego sum, posito casu, de conceptu huius et illius accidentis in communi et non in particulari.

O 7^{ra}

480 Ad quartum: cum dicitur quod ‘ratio multipliciter solubilis non de necessitate concludit’, dico quod verum est, si solvitur existenter. Tunc minor est falsa, quia haec ratio non solvitur existenter et vere, ut apparet ex praedictis.

NOSVW

472 proponitur] proponatur N | certus *om. et* certus est intellectus *mg. S* | et tamen] sed S sed est V 473 conceptu] intellectu V | latrabilis] latrabili N | etc.] et O *om. V* | inquam] quidem O *om. S* | instantia *om. V* | est] et tamen hoc probabile non est *add. S* | audito] audiendo V 474 nomine] seu conceptum communem *mg. add. S* nomen V 475 venientem – longe] a longo venientem O | a – etc.] etc. a longe S 476 quod¹ – dicat] alia littera: quod Petrus dicat etc. *mg. S* | Petrus] non *add. S* | alium] aliquem O | alium conceptum] aliquem conceptum alium V | sed] secundum O | quod²] quia W 477 alius conceptus *inv. S V* | de¹] aliis *add. O* in communi *om. V* | de²] cursu vel de *add. S* | de figura *om. V* | figura] vel *add. S* | de³ *om. O* etc. *om. V* 478 de] ab O | eis *scr. sed eras. et* huiusmodi accidentibus *mg. S* | qualificant] calificant N V | enim ego] ergo NO ego *sed in ergo mut. S* 479 illius] huius V | accidentis] necessitatis W 480 ratio] est *add. S* | multipliciter] videtur V | solubilis] etc. *mg. add. S* 481 quia] quod V 481-482 quia – praedictis] alia littera: quia haec ratio non solvitur existenter et vere ut patet ex praedictis *mg. S* 482 non *om. S* | ut] prolixè *add. S V* | praedictis] etc. *add. O* dictis S V

475 Cf. supra arg. princ. 3 (lin. 13-16). 480 Cf. supra arg. princ. 4 (lin. 17-19).